unde & quo uenerit pensans. qđ homo  
pollicente aduersario boni maliq; se  
ntentiam appetens. scire p̄didit etiam  
sem̄ & ipsum ut ueracit' dicat. Etia  
si simplex fuero. hoc ipsum ignora  
uit anima mea. Qđ post expulsionis  
penā. flagella quoq; correptionis sus  
tinet. & adhuc ad carnis t̄ certe ad men  
tis interitum etiam post tormentū  
tendit. ut recte dicat. & innocentē  
& impium ipse consumit. mediato  
ris contra hec grām requirit & dicit.



Si flagellat occidat semel; nos enim  
 quia & adō mente recessimus & carne  
 ad puluerē redimus. pena duplici  
 mortis astringimur. Sed uenit ad  
 nos qui p nobis sola carne moreret.  
 qui simplam. suā duplę nr̄e coniu-  
 gere. & nos ab utraq; morte liberare.  
 De qua p paulum dr̄. Qd̄ aut̄ mortuus  
 est. <sup>p peccato</sup> mortuus est semel. Vampna ergo  
 uir ses nr̄e corruptionis aspiciat.  
 & unā que duas nr̄as destruat mor-  
 tem mediatoris querat. atq; hanc de-  
 siderans dicat. Si flagellat. occidat  
 semel. Sed ecce quasi humilitate re-  
 mittit. quod p̄tinus subinfert. Et non  
 de penis innocentū rideat. Qd̄ tam  
 ualde humillimū sine difficultate  
 cognoscimus. si humili hoc mente pen-  
 samus. Cunctis & enī liquet. qd̄ om̄e  
 desiderium pena est. cū differtur.  
 salomone quoq; attestante qui ait.  
 Spes que differtur affligit animā. Re-  
 dere aut̄ est dī. humane nolle afflicti-  
 oni misereri. Vnde p salomonē rursū  
 dñs rep̄bis in culpa duranti. dicit. Ego  
 quoq; in interitu ur̄o ridebo. id ē afflic-  
 tioni ur̄e nulla pietate compatior. An-  
 te redeptoris igit̄ aduentū penam  
 suam electi om̄s habuerunt. qui estu-  
 ante desiderio incarnationis eī miste-  
 rium uidere cupier̄. ipso attestante  
 qui ait. Multi dico uobis iusti & p-  
 phete uoluerunt uidere que uidetis.

& non uiderunt. Penę itaq; inno-  
 centū sunt desideria iustorū. Quo-  
 usq; ergo electorū suorū uota dñs n̄ cōpa-  
 tiens distulit. qd̄ aliud quā penas in-  
 nocentū risit. Itaq; uir ses uenturi  
 redeptoris dona considerans. & uo-  
 torū suorū dilationē grauit̄ tolerans  
 dicat. Si flagellat occidat semel.  
 & non de penis innocentū rideat. Ac  
 si apte ex ore dicens. Qd̄ uita nr̄a  
 cotidie flagello uindictę p̄ culpa  
 atteritur. ille iam ueniat qui p no-  
 bis semel sine culpa moriat̄. ut de  
 innocentū penis dñs n̄ rideat. si ipse  
 carne passibilis apparere. incuuisse  
 desideris mens nr̄a castiget. uel cer-  
 te srisū dī eī letitiā appellat. de  
 innocentū penis ridere dñs dr̄. quia  
 quo a nobis ardentius querit̄. eo de  
 nobis suauius letat̄. Quasi qd̄ dam  
 quippe eī expena gaudiū facimus.  
 cū p̄scā desideria p̄ei nos amore casti-  
 gam̄. Hinc psalmista ait. Constitui-  
 te diem solemnem inconfrequentia-  
 tionibus usq; ad cornu altaris. Sole-  
 nē nāq; diem dño inē frequentatione  
 constituit. quisquis se assidue mei  
 desiderio affligit. Qui nimirū sol-  
 lenitatis dies. usq; ad altaris cornu  
 tendi p̄cipit. Quia tam diu necesse  
 ē. ut quisq; se afficiat. quousq; ad  
 sup̄ni sacrificii altitudinē id est ad  
 gaudia et̄na p̄tingat. Lustus igit̄

Laut

Salomon

ite

Evng

Psalm?



uir quia impleri desiderium suum appetit non differri. humiliter dicit. Non de poemis innocentium rideat; ac si diceret. Vota nostra libenter accipiens ultra non differat. sed ostendendo exhibeat eum. qui nos in sua expectatione castigat; Quia uero cum specialiter beatus iob occidi semel petiuit. qui carnis solius mortem immundi pro nobis sine tolerauit. patrum aperit. qui ipsum quoque ordine eius passionis adiungit dicens. Terra data est in manus impii. uultum iudicium eius operit. Quid enim terra nomine nisi caro exprimitur. Quis appellatione impii. nisi diabolus designatur. Huius impii manus fuerunt. hi qui in redeptoris nostri morte gassati sunt. Terra itaque data est in manus impii. quia antiquus hostis redeptoris mentem corrumpere persequendo non ualuit. sed eius carnem per suos satellites adriduam permissus extinxit. & dispensationem supernae pietatis nesciens. ex hac ipsa permissione seruiuit. Tribus etenim redeptorem nostrum temptationibus pulsans. cor dei temptare non ualuit. Sed cum iudeis mentem ad mortem carnis eius excitauit. cumque ei cohortem a pontificibus & pharisaeis ministros tradidit. nimirum iste impius manus ad terram tetendit. Huius terrae iudices. sacerdotes & principes. pilatus atque illusores milites fuerunt.

Iste itaque impius uultum iudicium eius operuit. quia corda persequentium ne auctorem suum cognoscerent. malitiae nubilo uelauit. Unde & pro paulo dicitur. Usque in hodiernum diem cum legitur moyses. uelamen est super cor eorum. Qui rursus ait. Si enim cognouissent. numquam dominum gloriae crucifixissent. Vultus ergo iudicium optus extitit. quia mens persequentium. eum quem carne tenere non potuit. dominum nec per miracula agnouit. Quia uero antiquus hostis cum inquis omnibus; una persona est. sic plerumque scriptura sacra de iniquorum capite id est diabolo loquitur. ut repente ad eius corpus idem ad sequaces illius diruerit. Potest ergo nomine impii. infidelis ac persecutor populus designari. Cui & hoc congruit omnino quod subditur. Quod si non ille est. quis ergo est. ac si apte diceret. Quis unquam impius esse putandus est. si non ille <sup>at si ille post</sup> populus <sup>qui</sup> ipsam pietatem persecutus <sup>impii</sup> impie est. Sed considerata uir scilicet iudaice plebis perfidia. ad semetipsum mentis reuocat oculos. Dolet quod uidere nequeat quem amat. Merore afficitur. quia ex presente mundo ante subtrahitur. quam salus mundi reuelat. Unde & subditur. Dies mei uelociores fuerunt cursore. fugerunt & non uiderunt bonum. Cursoris quippe officium est.



secutura nuntiare. Omnes igitur electi  
 qui ante aduentum redemptoris orti  
 sunt. quia hunc aut uiuendo tantum  
 modo aut etiam loquendo nuntiarunt.  
 quasi in mundo quidam cursores fue-  
 runt. Sed quia ante prestolatum  
 redemptionis tempus se subtrahi prouident.  
 transire se cursore uelocius dolent.  
 Diesque suos esse breues ingemiscunt.  
 quia usque ad uidentem redemptoris luce  
 minime tendunt. Unde apte dicitur. fuge-  
 runt et non uiderunt bonum. Omnia  
 que creata sunt bona sunt. moyses  
 attestante qui ait. Vidit deus cuncta  
 que fecerat. ecce bona ualde. Sed  
 hoc solum bonum. principaliter  
 bonum est. pro quod haec omnia bona sunt.  
 que bona non principaliter existunt.  
 De quo bono ueritas per euangelium dicit.  
 Homo bonus nisi unus deus. Quia igitur an-  
 tiquorum patrum prius dies finiti sunt.  
 quam mundo deus in carne monstraret.  
 recte de eisdem diebus dicitur. Fugerunt et non  
 uiderunt bonum. Ac si apte diceret.  
 Ante expectatum tempus elapsi sunt. qui  
 ad redemptoris presentiam peruenire ne-  
 quiuerunt. Unde adhuc subditur. Per-  
 transierunt quasi naues poma por-  
 tantes. hi qui poma deferentes maria  
 transierant. ipsi quidem fructuum  
 odore perfuerunt. sed eorundem fructuum  
 alius cibos ferunt. Quid igitur anti-  
 qui patres. nisi naues poma portantes

Moy. 1er

extiterunt. Qui diuine incarnationis myste-  
 rium prophetantes. ipsi quidem spei odore  
 potati sunt. sed nobis fructum de eiusdem  
 spei perfectione detulerunt. Quod enim  
 illi expectando odorati sunt. hoc nos  
 cernendo et percipiendo faciamur. In-  
 de et redemptor isdem discipulis dicit.  
 Alii laborauerunt. et uos in labores eorum  
 introistis. Quorum uidelicet dies con-  
 parantur nauibus. quia decurrunt. Et re-  
 ce poma portantibus. quia electos omnes  
 quos ante redemptoris presentiam gusta-  
 uerunt. prophetice ualuerunt spiritum expec-  
 tatione resouere. non autem manifesta  
 exhibitione reficere. Vel certe quia  
 naues cum poma portant. hec paleis ad-  
 miscent. ut ad terras in lesa perducant.  
 recte patrum precedentium dies descri-  
 buntur nauibus poma portantibus similes.  
 Quia antiquorum dicta in eo quod mysteria  
 spiritualis uite denuntiant. per interfusam  
 hec historie stipulam seruant. et optum  
 nobis fructum spiritus deferunt. cum carnalia  
 loquuntur. Sepe namque dum quedam narrant  
 propria ad diuinitatis eleuant archana.  
 Qui crebro etiam cum altitudine diuini-  
 tatis aspiciunt. ad incarnationis eius  
 mysterium repente fundunt. Unde  
 adhuc apte subiungitur. Sicut aquila  
 uolans ad escam. Moris quippe e aquila  
 ut in uerberata acie radios solis  
 aspiciat. sed cum refectiois indigen-  
 tia urgetur. eandem oculorum aciem

Evang



quā radius solis infixerat. ad respectū  
cadaueris inclinat. Et quā in ad al  
ta euolē psumendis tamen carnalib;  
terram petat. Sic uidelicet. sic antiqui  
patres fuerunt. qui in quantū humani  
tatis infirmitas admittēbat. creato  
ris lucem erecta mente contemplant  
sunt. Sed incarnandū hunc in mun  
di fine pēientes. quasi a solis radius  
ad terrā oculos deflexerunt. Et quasi  
desūmis ad ima ueniunt. dū hunc dñm  
supra omnia. & hominē intra omnia  
agnoscunt. quē p humano genere  
dum passurum morturūq; conspici  
unt. qua scilicet morte semē ipsos re  
ficiāt. qui reformari ad uitam noue  
runt. quasi more aquilę p contēpla  
tos solis radios in cadauere escā que  
runt. Libe. Spectare aquilā radios  
solis intuentē que ait. Dñs fortis. pat  
firam seti. princeps pacis. Sed ab al  
to uolatu celsitudinis ad terras ueni  
at. escā cadaueris inferius inquirat;  
Paulōp & enī subdidit dicens. Discipuli  
na pacis nrę super eum. & liuore eius  
sanati sum. Et rursū. Et homo est. &  
quis cognoscat eū. Subleuata ergo  
in diuinitate mens iusti. eū dispen  
sationis grām & eius carne cōsiderat.  
quasi a sumis repetit. & aquila ad es  
cā uolat. Sed ecce ille israheliticus  
populus in menso ductū pphetię spū  
infusus. eiusdē pphetię dona pdidit.

Isaías

1re

atq; in eā fide quā puidendo nun  
tiauerat. n̄ pmanst. & a se redēpto  
ris p̄sentiam negando repellit. quā  
cunctis se sequentibus p̄nuntianclo  
declarauit. Vnde & apte p̄tin' p̄  
passionē ad eorū quoq; duritiā  
sermo cūertit. atq; ab eis quomodo  
p̄phetię grā subtrahit indicat. Hā  
subdit. Cum dixerō nequaquā ita  
loquar. cōmitto faciem meā & dolo  
re torqueor. Plebs quippe iudaea  
loqui ut prius noluit. qui eū quē  
p̄dixerat negauit. Sed cōmutata  
facie dolore torqueat. quia dū in  
terni sui hominis quo agnosci ac  
ditore poterat. feditate p̄fidie pol  
luit. ap̄sentibus malis incipiens sub  
cōna se ultione dānauit. Quasi  
enī cōmutata facie ab auctore non  
cognoscat. que pdita bonę continen  
tię fide repbat. Sed nimirū res  
tat. ut suppliciorū dolor torqueat.  
quā suus non cognoscent conditor  
ignorat. Quia igit̄ hec sub redēp  
toris nrī significatione transcur  
rimus. nunc moralit̄ discernendo  
replacemus. uict mei uelociores  
fuerunt cursore. fugerunt & ui  
derunt bonū. Sicut sepe iā dixim'  
sic primus homo condit' fuit. ut  
p̄augmenta tēporū. tendi possit  
eius uita tantūmodo non euolui.  
Sed quia sponte ac culpa decidit.



quo attingit utrumque protulit decursu:  
Quem nunc homo presentis uitae deside-  
rio oppressus in desinentem et tolerat  
et optat. Hec enim finit uiuere appe-  
tit sed praesentia uitae cotidie ad si-  
nem tendit nec deprehendi ualent  
temporum incrementa quae nulla sunt  
nisi cum repente transacta sunt. que  
uenientia longa in debant. Vir igitur  
seis statum suae conditionis aspiciat.  
et ex humani generis uoce damna de-  
cursus ingemiscat dicens. Dies mei  
uelociores fuerunt cursore. fugerunt  
et non uiderunt bonum. Ac si apte di-  
cat. Ad hoc homo conditus fuit. ut bo-  
num quod est uidere potuisset. Sed  
quia stare ad lucem noluit. fugien-  
do oculos amisit. quia quo pro culpa  
cepit ad ima decurrere. eo cecitatem  
protulit. ne intantum lumen uideret.

De quibus adhuc diebus apte subiungit.  
Et transierunt quasi naues poma portantes.  
Haues cum poma portant. fructus terre  
uidelicet profluctus fert. Terra uero ho-  
minis paradisiu est. qui hunc in con-  
cussum tenere potuit. si innocenti-  
am stare uoluisset. Sed quia ad muta-  
bilitatis undas pro culpa cecidit. ad presen-  
tis uitae maria pro terram uenit. Poma  
etiam terre butus fuerunt manda-  
ti sermo. concessa possibilitas operis na-  
turae. indita intellegentia condito-  
ris. Sed haec poma edere in terra re-

80  
num. pro maria portam. quia concessa  
bona tot munerum. in concussu custo-  
dire in paradiso noluit. conseruare nunc  
in temptationibus conamur. Tendentes  
ad terminum aera uitae presentis in pel-  
lumur. mutabilitatis nostrae fluctu fati-  
gamur. Sed quia per uicis misterium  
ad ingenua naturae bona restringi-  
mus. quasi pro lignum poma portam. Quod  
tam intellegi et aliter potest. Haues et  
enim cum poma portant. suauitatem odo-  
ris habent. sed grauitudine ponderis  
non habent. et humanum genus a para-  
disi gaudis expulsum. uitam contemplati-  
onis perdidit. robur conditae fortitudi-  
nis amisit. Cumque ad superna repetenda  
se erigit. fragrat quidem odore memo-  
riae. sed dignis non exercit pondus uitae.  
Poma uero ergo odoribus replet. etiam  
huc illucque leuiter mentis nostrae nauis  
impellit. quia et paradisi celsitudine  
cum ardoris et recordatione meminimus.  
et importunus temptationum fluctus ex  
carne toleramus. Unde et apte subun-  
git. Sicut aquila uolans ad aethera. Aquila  
et enim alto ualde uolatu suspenditur.  
et annis prope aetheris libatur.  
Sed pro appetitu uentis terras expeuit.  
se seque a sublimibus repente decorsum  
fundit. Sic humanum genus in paren-  
te primo ad ima de sublimibus corruit.  
quod nimirum conditionis suae digni-  
tas in rationis celsitudine quasi in aethere



libertate suspenderat. Sed quia con-  
tra p̄ceptum cibum uictum con-  
tigit p̄uentris concupiscentiam ad  
terras uenit. Et quasi post uolatū  
carnibus p̄sēt. quia illa libra con-  
tēplationis inspiracula p̄didit. &  
deorsum corporeis uoluptatibus  
letatur. Sicut ergo aquila uo-  
lans ad esē. dies nr̄i uelociter  
transiunt. <sup>quia</sup> quo una petimus. eo sub-  
sistere inuita p̄hibemur. Sed cū  
haec ante mentis oculos continua  
cogitatione reuoluimus. duris  
taciti questionibus urguemur.  
cur om̄ps d̄s condidit quem pe-  
riturum esse p̄tuit. Cur is qui  
summe potens & summe bonus  
est. nequa quā uoluit hominem  
talem facere qui perire non possit.  
Cū uero hec tacita mens interrogat.  
p̄ausē ne ipso interrogationis ausu  
insipientiam erumpat. <sup>se</sup>q; humi-  
liter conprimit & cogitationis <sup>sue</sup>  
*uerba* restringit. sed eo grauius affligit.  
quo int̄ mala que sustinet. & iā de con-  
ditionis suę abscondito intellectu  
cruciat. Unde hic quoq; subiungit.  
Cum dixerō nequaquā ita loquar. cōmu-  
to faciem meam. & dolore torqueor.  
Nequaquā quippe ita nos debere loqui  
dicimus. cū nr̄e infirmitatis modō ee  
inquisitione transeuntes. nos in eip-  
sos pauore rephendimus. & super ne-

reuerentię consideratione refrenam;  
In qua refrenatione. scilicet mentis nr̄e  
facies cōmutat. quia que prius non ei-  
piens audent̄ summa requirebat. in-  
firmitate suam post modū agnoscent.  
uenerari inchoat qđ ignorat. Sed in  
ipsa cōmutatione dolor est. quia ual-  
de affligit. qm̄ primę culpe merito  
ad intellegenda ea que dese ipsa sunt  
egred̄. Que patit̄ iusta ee considerat.  
p̄auē ne in dolore p̄licentiam locutio-  
nis excedat. Ori silentiū indiet. sed  
excitatus dolor eo ipso quo restringit̄  
auget. Dicit ergo. cū dixerō nequa  
quā ita loquar. cōmuto faciem meā  
& dolore torqueor. Quia tunc ple-  
rūq; afflictione grauius affligimur.  
cū quasi p̄consolationis studium afflic-  
tionis nr̄e nobis conam̄ mala leuiga-  
re. Sed quis quis iā supplicet̄ paren-  
tis primi damnatione p̄pagata hu-  
mani generis dāna considerat. sup̄e  
ut his adiungere p̄pria metuat. Un-  
de uir sēs post quā cōmunia intulit.  
repente sp̄etialia subiungit dicens.  
Uerebar omnia opera mea. sciens qđ  
non parces delinquenti. Que  
beatus iob opera exercuit. sacre hu-  
ius istorie textus ostendit. Holocaus-  
tis quippe multiplicib; auctorem  
placare studuit. quia iuxta filioꝝ  
numerū ut scriptū est con surgent̄  
diluculo offerebat holocausta p̄lingulat.



Et osq; non solum ab inmundis actibus.  
 sed apraua quoq; cogitatione mundabat.  
 de quo scriptura teste p̄bet. Dicebat  
 enī. ne forte peccauerint filii mei. &  
 benedixerint dō in cordibus suis. Affec-  
 tū cōpassionis exerceuit. quia ipse de  
 se amicorū questionib; exactis dicit.  
 Flebā quondam sup eum. qui afflic-  
 erat. Ministerium pietatis inpendit  
 qui ait. Oculis sui ceco & pes claudō.  
 Et castitatis munditiā in corde custo-  
 diuit. qui obtestando se aperit dicens.  
 Si deceptū est cor meum sup mulierē.  
 humilitatis culmen medullit' tenuit.  
 qui dicit. Si contēpsi iudicium sub-  
 ire cū seruo meo. & ancilla mea. cū dis-  
 ceptarent aduersum me; beneficia  
 largitatis inpendit qui ait. Si come-  
 di buccellam meam solus. & non co-  
 medit pupillus exca. Et rursum. Si  
 non benedixerunt mihi latera eius.  
 & de uelleribus ouium mearū calefac-  
 tus est. Grām hospitalitatis exhibuit  
 qui dicit. Foris non mansit peregrī-  
 nus. ostium meū uiatori patuit.  
 Et inter hęc aduirtitū cumulum  
 excellentiorem uiam caritatis & in  
 imicos dilexit qui ait; si gauisus sū  
 adruinā eius qui me oderat. Et  
 rursum. Non enī dedi ad peccandum  
 guttur meum. ut expeterē male-  
 dicent animā eius. Quia ergo uir-  
 ses sua opera uerebat. quia illa sep

exhibuit. ex quibus placari dī a erga  
 iniquitates solā. quid ergo est qđmi-  
 ra opera faciens. haec ipsa aīa uertē  
 pauens cū dicit. uerebar omnia o-  
 pera mea. nisi qđ in seī uiri actibus.  
 uerbisq; colligim'. ut si placere dō  
 ueraciter cupimus. post quā puer-  
 sa subegimus. ipsa in nobis aīa bene gesta  
 timeamus. Duo quippe sunt que  
 in bonis operib; necesse est. ut studio-  
 se formident. desidia in delicia & fraus.  
 Unde & p̄phetam apud uetustam  
 translationem dī. Maledict' omnis.  
 qui opus dñi facit fraudulentē  
 & desidiosē. Sed sciendū magnopere  
 est. quia desidia p̄torporē nascit'.  
 fraus p̄priuatam dilectionē. Illam  
 nāq; minor dī amor exaggerat. hanc  
 aut male mentē possidens p̄prius  
 amor creat. Fraudē quippe in dī  
 opere p̄petrat. quisquis semē ipsū  
 inordinate diligens. p̄hoc qđ recte  
 egerit. ad remunerationis transito-  
 ria bona festinat. Sciendū quoq;  
 est. qđ tribus modis fraus ipsa com-  
 mittit. Quia phanc p̄culdubio  
 aut tacita cordis humani grā. aut  
 fauoris aura. aut res quelibet ex-  
 terior desiderat. Quo contra rec-  
 te de iusto p̄phetā dī. Beatus  
 qui excutit man' suas ab omī mune-  
 re. Quia enī non solū fraus in ac-  
 ceptione pecuniz est. mun' p̄culdubio

Quot modis  
fiat fraus

Pheta



quod modo  
dicat munus

I

unū non est. Tres uero sunt acceptio-  
nes munerum. ad quas ex fraude fes-  
tinat. Munus namque a corde est. capta  
gratia a cogitatione. Munus ab  
ore est. gratia pro fauorem. Munus ex  
manu est. primum pro dationem. Sed  
iustus quisque ab omni munere manū  
excutit. quia in eo quod recte agit.  
nec ab humano corde in anem gratiam.  
nec ab ore laudem. nec a manu recipere  
dationem querit. Solus ergo in  
dei opere fraudem non facit. qui cum  
ad studia bonae actionis in uigilat.  
nec ad corporalis rei prima. nec ad  
laudis uerba. nec ad humani iudicii  
gratiam anhelat. Ipsa igitur bona  
nostra quia insidiantis culpe euade-  
re gaudium nequeunt. nisi sollicito  
cotidie timore muniantur. pro se  
uirum recte nunc dicit. Verebar omnia  
opera mea. Ac si humili confessione  
diceret. Quae apertim egerim uideo. sed  
quid in eis latent proculerim ignoro.  
Sepe enim bona nostra latrocinantia fraude  
depereunt. quia rectis se nostris actibus  
concupiscentiae terrene subiungunt.  
Sepe desidia interueniente deficiunt.  
quia seruore quo cepta sunt frigescen-  
te amore tabe fiunt. quae ergo culpe  
subreptio. in impio uirtutis actu uix  
uincit. quod ad securitatem super est. nisi  
ut studioso semper & in uirtute time-  
at. Sed post haec ualde scrupulosu

cordi se subiicit quod subiungit. Sciens  
quod non pariter delinqueret. Si enim  
delinqueret non pariter. quis ab eter-  
na morte eripit. cum ad delicto mundus  
nemo reperit. An penitenti pariter.  
& delinquenti non pariter. quia cum  
delicta plangimus nequaquam iam  
delinquentes sumus. Sed quod quod pe-  
trus cum negat respicit. & redempto-  
ris negati respectu ad lacrimas uocat.  
quod quod paulus cum redemptoris nomen  
in terra conaretur extingueret. eius  
uerba de caelo meruit audire. Sed  
tam culpa in utroque puncta est. quia  
& de petro teste euangelio scriptum  
est. Recordatur petrus uerbi ihesu egres-  
sus foras fleuit amare. Et de paulo  
haec eadem quae hunc uocauit ueri-  
tas dicit. Ego ostendam ei quanta  
eum oporteat pro nomine meo pati.  
Delinquenti ergo dominus nequaquam  
pariter. quia delictum sine ultione  
non deserit. aut enim ipse hoc ho-  
mo in se penitens punit. aut hoc  
deus cum homine uindicans percutit.  
Nequaquam igitur pariter. quia nulla  
tenus sine uindicta laxat. Sic  
dauid audire post confessionem  
meruit. dominus transtulit peccatum  
tuum. Et tam multis post crucia-  
tibus afflictus ac fugiens. reatum  
culpe quae perpetraverat exsoluit.  
Sic nos salutis unda a culpa primi



Nota.

parentis absolutum. sed tamen reatum  
 eiusdem culpe diluentes. absoluti quo  
 q; adhuc carnaliter obimus. Bene ergo  
 dicitur. Sciens quod non pareat delin  
 quenti. quia delicta nostra siue p nos  
 siue p semetipsum resecat etiam eu  
 relaxat. Ab electis suis enim iniqui  
 tatum maculas studio temporali afflic  
 tione quas tergere. in eis in petu  
 um non uult uidere. Sed sepe mens  
 dum plus iusto trepidat. dum pauore  
 quatit. dum sinistris suspicionibus  
 arguet. tunc hanc uiuere. que se  
 ad uitam uel plures ambigit puenire.  
 Vnde & subsequenter adiungit. Si autem  
 & sic impius sum. quare frustra labo  
 raui. Si enim remota pietate discuti  
 tur opus nostrum pena dignum est. quod re  
 munerari pimus prestolamur. Vir  
 igitur se occulto iudicio trepidans di  
 citur. Si autem & sic impius sum. quare  
 frustra laborauim. Non quod hunc labo  
 rasse peniteat. sed quod incertum est de pmi  
 is & inter labores. dolere. Sciendum  
 uero est quod uiri sancti ita incerti sunt  
 ut confidant. atque ita confidunt.  
 ut tamen exsiccitate non torpeant.  
 Quia ergo plerumque mens & impensa  
 rectis actibus trepidat. restat ut post  
 quam bonum opus agitur. lacrimis depreca  
 rationis exquirant. quatenus ad eter  
 na premia meritum recti operis subue  
 niat humilitas postulationis. Sed

tamen sciendum est. quia mundos nos  
 ad perfectum reddere uel uita t lacrimis  
 non ualent. quo usque nos mortalitas  
 nostre corruptionis tenet. Vnde & ap  
 te subiungit. Si lotus fuero quasi  
 aquis niuis. & fulserint uelut mun  
 dissime manus meae. tamen sordibus  
 intingent me. & abominabuntur me  
 uestimenta mea. Aquis autem niuis sunt  
 lamenta humilitatis. Quae pfecto  
 humilitas. quia ante districta iu  
 dicis oculos. ceteris uirtutibus pmi  
 nae. quasi p magni meriti colore  
 candet. Sunt namque non nulli qui la  
 menta habent. sed humilitatem non  
 habent. quia afflicti plangunt.  
 sed tamen in ipsis fletibus uel contra  
 proximorum uitam supbiunt. uel  
 contra ordinationem conditoris eri  
 gunt. Hi nimirum aquas habent.  
 sed niuis aquas non habent. & mun  
 di esse nequeunt. quia humilita  
 tis fletibus minime lauantur. Aquis  
 autem niuis aculpa se lauerat. qui  
 confidenter dicebat. Cor contri  
 tum & humiliatum deus non spernit.  
 Qui enim lamentis affliguntur. sed  
 murmurando rebelles sunt. men  
 tem quidem conterunt. sed humiliari  
 contempnunt. Quamuis aquae niuis.  
 intelligi & aliter possunt. Aqua  
 enim fontis & fluminis ex terra  
 oritur. aqua uero niuis ex aere pruit.

Psalmus



co  
N  
2

no

It sunt pleriq; qui p orationum la-  
 menta se cruciant. sed tamen totis  
 lamentorū laborib; ad sola terrena  
 desideria exūdant. Compungunt in  
 p̄ribus. sed felicitatis transitorie gau-  
 dia exquirunt. hos itaq; nūis aqua  
 non abluit. quia eorū fletus abimis  
 uenit. Quasi enī exterrę aqua p̄fu-  
 si sunt. qui p̄ terrenis bonis in p̄cib;  
 compungunt. Qui uero id circo plo-  
 rant qm̄ p̄mia sup̄na desiderant aqua  
 nūis hos diluit. quia celestis compunc-  
 tio infundit. Hā cū p̄ennē patriā  
 plamenta appetunt. eiusq; accensi  
 desideris plangunt. a summis accipi-  
 unt unde mundent. Et manus aut  
 quā aliud quā opera designant. Vn-  
 de quibusdam p̄phetā dr̄. Manus  
 ur̄ plene sanguine sunt. idē ope-  
 re crudelitatis. Notandum uero qd̄  
 uir ses non ait. fulserunt mundis-  
 sime manū mee. sed uelut mundis-  
 sime manū mee. Quia quo usq; pena  
 corruptionis astringim̄. quālibet rec-  
 tis operibus ueram munditiā nequa  
 quā app̄hendim̄. sed imitam̄. Vn-  
 de apte subiungit. Tam sordibus  
 intingues me. Ds̄ nos intingere  
 sordibus dr̄. intus sordibus demon-  
 strare. Quia quanto ad illum ueri-  
 us p̄ bona opera surgim̄. tanto subti-  
 lius ur̄ n̄r̄ sordes agnoscimus. qui-  
 bus ab eius munditia discordamus.

Nota

Aut ergo. Si lotus fuero quasi aquis  
 nūis. & fulserunt uelut mundissimę  
 manus mee. tamen sordibus intin-  
 gues me. Ac si apte dicat. Quā uis lam̄tis sup̄ne  
 compunctionis infundat. quis p̄ studia rectę operationis exer-  
 ceat. intua tam munditia uideo.  
 quia mundus non sum. Intentam  
 quippe dō animā ipsa adhuc corrup-  
 tibilis caro diuerberat. eiusq; amo-  
 ris pulchritudinē obscenis & illicitis  
 cogitationū motibus fedat. Vnde  
 & subdit. Et abominabunt me uesti-  
 menta mea. Quid enī uestimenta no-  
 mine. nisi hoc terrenū corpus expri-  
 mit. quo induta anima tegit. ne in  
 subtilitatis sue substantia nuda ui-  
 deat. hinc & enī salomon ait. Omni  
 tempore sint uestim̄ta tua candi-  
 da. id est membra corporis a sordidif-  
 aetib; munda. hinc esaias ait. Vesi-  
 timentū mixtū sanguine. erit in  
 cōbustionē. Sanguine quippe uesti-  
 mentū miscere est. desideris carnalib;  
 inquinari. Quib; nimirum se pollui  
 psalmista formidauerat. cum dicebat.  
 Libera me de sanguinib; d̄s d̄ salutis  
 mee. hinc uoce angeli ad iohannē  
 dr̄. habes pauca nomina in sardis.  
 que non inquinauerunt uestimenta  
 sua. More autem sacri eloqui uesti-  
 menta n̄r̄a nos abominari referunt.  
 quia abominabiles reddunt. Sicut  
 p̄ petrum quoq; de iuda dr̄. hinc pos

Salom.

esaias

psalm.

angl. iohann.

petrus



sedit agrū de mercede iniquitatis.  
 Heq; em̄ emptū p̄tio sanguinis agrū  
 siguli possidere iudas potuit. qui  
 relictis triginta argenteis tradi-  
 tionis erimen criminis in se p̄ti-  
 nis morte multavit. Sed possedit  
 dictum est possidere fecit; Ita hoc  
 loco abominantē me uestimenta mea  
 dē. Abominabilem faciunt. quia ni-  
 mirū dū contra mentē membra supbiunt.  
 dū sc̄i desiderii studia tēptationum  
 suarum tumultibus interrumpunt.  
 in ipso suo certamine posita anima  
 agnoscit. quantū adhuc adiuuita-  
 te despiciat. Quā corruptionem suā  
 plene appetens transire sed non ua-  
 lens. sede puluere cogitationis in-  
 quinat; hanc uestimentorum abo-  
 minationem senserat. qui dicebat.  
 Video aliā legem in mēbris meis. repug-  
 nantem legi mentis meae. & capti-  
 uum me ducentem in lege peccati  
 quae est in mēbris meis. Haec etiam  
 uestimta in quibus placere non pote-  
 rat p̄feste. quandoq; melius resūmen-  
 da deponere festine cupiebat dicens.  
 Infelix ego homo. quis me liberabit  
 decorpore mortis huius? Dicat ergo  
 uir iustus. Si lotus fuero quasi a  
 quis nius. & fulserint uelut mundis  
 sine manus meae. tamen sordib; intin-  
 gus me & abominabunt me uestimta  
 mea. Quia quantūlibet ad summa ex

cōpunctione contēplationis ascenderit.  
 quantūlibet in opere se p̄ exercitium  
 laboris acinxerit. indignum tamen  
 adhuc aliquid decorpore mortis sentit. & abominabile se  
 considerat in multis quae de pondere corruptionis portat.  
 Cui hoc quoq; fit grauius. quod se p̄ neq;  
 hoc intellegit. unde delinquens fla-  
 gella suscipit. sed districto iudici. quā  
 in se manus quā uis minus displiceat non  
 agnoscit. Vnde & subditur. Heque  
 enī uiro qui similis mei est responde-  
 bo. nec qui mecum in iudicio ex equo pos-  
 sit audiri. Dum cū quolibet in iudicio  
 ex equo contendimus. & quā contra  
 nos dicat cognoscimus. & in his quae  
 dicimus audim. & quo obiecta patent  
 apphendimus. audent adposita re-  
 spondemus. Quia ergo inuisibilis iu-  
 dex quae facim̄ uidet. quasi audit  
 quae dicimus. sed quia id quā ei displi-  
 ceat nequaquā plene cognoscim. quasi  
 quā ipse dicit ignoram. Vir igit sc̄i uesti-  
 mentoz suoz abominationē conside-  
 rans. eo amplius tunc. quo audiri ex  
 equo in iudicio non ualeat. Quia quo-  
 usq; corruptionis suae pondere p̄mit.  
 hoc in pena sua grauius tolerat. quā  
 & sensum sui reprehensoris ignorat.  
 Acsi apte dicat. Ex hoc in equo n̄ audi-  
 or. quia & patent aucta quae facio.  
 & tamen ipse nescio p̄ quanta rephēn-  
 dar. Sequit. Non est qui utruq; ua-  
 leat arguere. & ponere manū suam

Paulus

te



Isaias

inambob. Durū sonat. ut queratur  
qui dñm arguat. Sed durum non erit  
si recurrat ad memoriam. qđ ipse pali  
um ppheta dicit. Esaiam quippe am  
monet dicens. Quiescite agere puer  
se. discite bene facere. Quertite iudi  
cium. subuenite oppresso. iudicate  
pupillo. defendite uiduam. & ueni  
te & arguite me. In nāq. quē ar  
guim. rationis auctoritate contram.  
Et qđ ē qđ dñs agere scā nos ammonens  
adiungit. uenite & arguite me. nisi  
qđ apte insinuat. quantā bonis actib.  
fiduciā prestat. Ac si patenti dicit. Rec  
te agite. & animaduersionis memo  
tib. n̄ iā pdeprecationis gemitū. sed  
pfidutiā auctoritatis obuiate. hinc  
& enī iohannes dicit. Si cor nr̄m non  
rephendert nos. fiduciā habem. addm.  
Hinc est qđ moyses quia placē serui  
ens. audit. tacens. cui silenti dñ. Qđ  
clamas ad me. Hinc est qđ irascentē  
retinet eū audit. Dimittite me ut  
irascat. furor meus contra populū  
istū. Hinc ē qđ arguentē dñs n̄ habu  
isse se querit. eū ppheta dicit. Quis  
sui uirum qui interponeret sepe.  
& stare oppositus contra me ne dis  
siparet eam. & non inueni. hinc ē  
qđ grauit. Esaias deplorat dicens. Quis  
nos cecidim. quasi foliū. & iniquita  
tes nr̄s quasi uent. abstuler. nos.  
Non ē qui inuocet nomen tuū. qui

Job

exod

Pheta

Isaias

consurgat & teneat te. Sed possunt  
recti quilibet p acceptis innocentis me  
ritū. aliquando p̄sentis motibus anim  
aduersionis obuiare. non autē ualent  
uirtute ppria ab humano genere sup  
plicia secutur. mortis expellere. Vir  
igit. sēs humanū gen. consideret quo  
defluerit. eterne mortis dāna cōspi  
ciat. cui nimirū constat quia nequa  
quā iustitia humana contra dicat.  
uideat quā puerse. homo deliquerit.  
uideat quā districte contra hominē  
conditor irascat. & mediatorē dī &  
hominis dñm & hominē requirat.  
Quē quia longe p̄ uenturū conside  
rat. deplorans dicit. Non ē qui utruq.  
ualeat arguere. & ponere manum  
suam in ambob. Redemptor quippe  
humani generis. mediator dī & ho  
minis p carne fact. quia iustus in  
hominibus solus apparuit. & tam  
ad penā culpę etiam sine culpa p  
uenit. & hominē arguit. ne de  
linqueret. & dō obstitit ne feriret.  
Exempla innocentis p̄buit. penam  
malicie suscepti. Patiendo ergo  
utruq. arguit. qui & culpam ho  
minis p iustitiā aspirando corripuit.  
& irā iudicis moriendo tēperauit.  
atq. in utruq. manū posuit. quia ex  
empla hominib. que imitarent p̄  
buit. & dī in se opera quibus erga  
homines placaret ostendit. Nullus



quippe ante hunc extitit qui sic  
 palienis erratibus incederet. ut propria  
 non haberet. Iternus igitur morti tan-  
 to quis in alius obuiare non poterat.  
 quanto hunc reatus de propriis astrin-  
 gebat. Venit itaque nouus homo ad  
 homines contradictor ad culpam.  
 amicus ad poenam. Mira monstrauit.  
 crudelia protulit. Manum ergo sua  
 in ambobus posuit. quia inde reu recta  
 docuit. inde iratum iudicem placauit.  
 Qui hoc quoque ipsis suis miraculis mirabi-  
 lius probauit. quia corda delinquentium  
 mansuetudine potius quam timore cor-  
 rexit. Unde et subdit. Auferat a me  
 uirgam suam. et pauor eius nunc me terreat.  
 Legem quippe uirgam de tenuerat. cum dice-  
 bat. Siquis hoc uel illa fecerit. mor-  
 te moriatur. Sed incarnata uirgam abstu-  
 lit. quia uias uite per mansuetudinem  
 ostendit. Unde et ei per psalmistam dicitur.  
 Intende prospere. pcedere et regna. propter  
 ueritatem. et mansuetudinem et iustitiam.  
 Timere quippe quasi deus noluit. sed quasi  
 patrem ut amaretur inspirauit. Quod li-  
 quido paulus dicit. Non enim acce-  
 pistis spiritum seruitutis iterum in timore.  
 sed accepistis spiritum adoptionis filiorum  
 in quo clamamus abba pater. Unde hinc  
 quoque apte subiungitur. loquar et non  
 timebo eum. neque enim possu metuen-  
 sis respondere. Vir et enim scis quia  
 humani generis redeptorem uenire

mitte conspicit. non metum ad deum sed  
 affectum ad patrem sumit. et timorem  
 despiciit. quia per adoptionis gratiam ad amo-  
 rem surgit. Hinc iohannes ait. Timor  
 non est in caritate. sed perfecta caritas fo-  
 ras mittit timorem. Hinc zacharias dicit.  
 Ut sine timore de manibus inimicorum  
 nostrorum liberati. seruiamur illi. A peccati  
 igitur morte timor nos suscitare non  
 ualuit. sed ad statum uite aspirata man-  
 suetudinis gratia erexit. Quod bene eli-  
 seo sumamitis filium suscitante signatur.  
 qui cum baculo puerum mittens. extinc-  
 to filio uitam minime reddidit. per semet  
 ipsum uero ueniens. super mortuum  
 sternens. atque ad dei membra se colli-  
 gens. huc illucque deambulans. et in  
 ore mortui septies aspirans. hunc  
 ad diuinam lucem per misericordiam  
 animauit compassionis. Auctor quip-  
 pe humani generis deus. quasi mor-  
 tuum puerum doluit. cum extinctos  
 nos iniquitatis aculeo miseratus aspe-  
 xit. Et quia per moysen timorem legis  
 protulit. quasi per puerum uirgam misit.  
 sed puer cum baculo mortuum suscita-  
 re non ualuit. quia paulo attestante.  
 nihil ad perfectum adduxit lex. Ipse  
 autem per semetipsum ueniens. et super  
 cadauer se humiliter sternens. ad  
 exequenda sibi mortui membra se  
 collegit. quia cum in forma dei esset.  
 non rapinam arbitratum est esse se equalem

Iob

Zacharias

¶ Quomodo  
 A deo heli  
 seus mor-  
 tuus susci-  
 tauerit.

Psalm

Paul

Paul



do. sed semetipsum exmanuit formā  
serui accipiens. in similitudine homi-  
nū factus. & habitu inuenit ut ho-  
mo. Huc illucq. deambulat. quia &  
uideam iuxta. et longe postas gentes  
uocat. Sup. mortuū septies inspirat.  
quia p. p. tionē diuini muneris. grāe  
septaformis spm̄ in peccati morte ia-  
centibus aspirat. Moxq. uiuens erigit.  
quia is quem terroris uirga suscita-  
re non potuit. p. amoris spm̄ puer  
ad uitā redit. Dicat itaq. ex sua.  
dicat ex uoce humani generis. auferat  
a me uirgam suā. & p. uer eius  
non me terreat. Loquar & non ti-  
mebo eum. Vbi & apte subiungit.  
Neque enī possū metuens responde-  
re. Respondere quippe cui libet di-  
cim. cum factis illius digna opera  
re pensamus. Dō ergo respondere  
est. donis ei p. cedentibus nrā obsequia  
reddere. Unde & psalmi quidam  
in quibus scā operatio imitanda pre-  
ponit. ad respondū scripturę p. no-  
tant. Rectū itaq. dī hominē con-  
didit. eumq. ad p. uersa defluentē.  
cū longanimitate tolerauit. Cōti-  
die culpas aspiciet. & tam uiuendi  
spatia non citius abscedit. Dona  
largit. benignitate sua & erga ma-  
los utitur. Respondere homo tot  
beneficiis debet. sed tam respondere  
metuens non ualeat. quia humani

generis conditorē. qui adhuc serui-  
liter formidat. p. culdubio n̄ amat.  
Nam tunc soli dō uera obsequia reddim.  
cū eum p. p. amoris fiduciam n̄ time-  
m. Cū nos ad bona opera affectus non  
met dirigat. cū malū nrē menti-  
am non placeat etiam silicet. Hā quā  
p. uersitatis operā ex timore restringit.  
p. uersa libentē agere & silicet. Nequa  
quā ergo ueraciter rectus est. qui adhuc  
ap. ueritatis desiderio liber non ē. Be-  
ne igit. dicit. Neq. enī possū metu-  
ens respondere. Quia uera obsequia  
dō non reddim. si ex timore manda-  
tis illius. & n̄ potius ex amore serui-  
mus. Sed cum menti nrē ei dulcedi-  
nis amor accendit. omne desiderium p.  
sentis uitę leuigat. In te dū dilectio  
uertit. atq. hanc cū merore mens  
tolerat. cui uicta prius rep. bo amore  
seruiebat. Unde & apte subdit. Te-  
de anima meā uitę meę. Sed cū  
p. sens uita uilescere. cū conditoris  
amor dulcescere cepert. sese contra  
se animus accendit. ut accusare se  
de culpis debeat. in quib. se ante sup-  
bū nescius defendebat. Unde adhuc  
recte subiungit. Dimitta aduersū  
me eloquiū meum. Quasi p. se elo-  
quio suo uitę. qui praua que ges-  
sit defendere excusationib. conatur.  
Sed aduersū se eloquiū dimittit.  
qui accusare in se hoc incipit quod



erravit. Sepe uero & cū delinquim.  
 ea quōq; quę agim' diuudicam'. accu-  
 sat mens ipsa qđ ppetrat. Sed quia  
 hoc ex desiderio minime deserit. eru-  
 bescit confiteri qđ facit. Cū uero to-  
 to iā iudicio carnis delectationē pmit-  
 audaci uoce in accusationis suę con-  
 fessione se erigit. Unde recte nunc  
 dr. Dimittā me aduersū eloquiū  
 meum. Quia fortis mens relaxa-  
 re contra se uerba detestationis in-  
 choat. quę apud sem&ipsā prius in-  
 firme uerecundata retinebat. Sed  
 sunt non nulli qui aptis uocibus cul-  
 pas fatent. sed tam in confessione  
 gēmero nesciunt. & lugenda gau-  
 dentes dicunt. Unde adhuc apte  
 subiungit. Loquar in amaritudine  
 animę meę. Qui culpas suas detestan-  
 do loquit. restat necesse ē ut has in  
 amaritudine animę loquat. ut hęc  
 ipsa amaritudo puniat. quicquid lin-  
 gua pmentis iudicium accusat. Sci-  
 endum uero est quia ex pena peni-  
 tentię quā sibi mens interrogat.  
 aliquaten' securitate pcepit. atq;  
 a dinterrogationē supni iudicis  
 fidentior exurgit. ut sem&ipsam  
 subtilius inueniat. & erga se quę  
 q̄modo disponantē agnoscat. Unde  
 & p̄tan' addit. Dicam dō noli me  
 condēpnare. Indica mihi cur me  
 ita iudices. Qui peccatōrē se in ama-

ritudine animę asserit. quđ dō aliud quā  
 ne condēpnēt dicit. Quia amaritu-  
 do p̄sentis penitentię. extinguit sup-  
 plicia sequentis irę. Duobus autē mo-  
 dis in hac uita hominē iudicat dō.  
 Quia aut p̄mala p̄sentia irrogare iā  
 tormenta sequentia incipit. aut tor-  
 menta sequentia flagellis p̄sentibus  
 extinguit. Nisi enim delictis exigen-  
 tibus iustus iudex & nunc & post mo-  
 dū quosdam peccatōrē. iudas minime  
 dixisset. Secundo eos qui non credide-  
 runt p̄didit. Et demiquis psalmista  
 n̄ diceret. induant sicut de ploide  
 confusione sua. De ploide quippe  
 duplū uestimentū dr. Confusione  
 ergo sicut de ploide induti sunt. qui  
 iuxta reat' sui meritū & tēporali &  
 p̄petua animaduersione feriuntur.  
 Solos quippe pena a supplicio liberat.  
 quos inmutat. Nam quos p̄sentia  
 mala non corrigunt. ad sequentia  
 p̄ducunt. Si aut nequaquā quos-  
 dam pena p̄sentis a supplicio eterno  
 defenderet. paulus minime dixisset.  
 Cū iudicam' ad dō corripim'. ut non  
 cū hoc mundo dāpnem'. hinc uoce  
 angelica ad iohannē dr. Ego quos  
 amo. redarguo & castigo. Hinc etiā  
 scriptum est. Quē diligit dñs casti-  
 gat. flagellat autē omne filium. quē  
 recipit. Sepe ergo mens iusti ut  
 magis secura sit ab eius trepidat.

¶ Ad duob'  
 Amos in  
 hac uita  
 hominē  
 iudicet dō.

Iudas

Psalm'

Paul'

ang'is  
 ad iohannē



& cū flagellis cingitur. sup iudiciu in cer-  
titudine turbatur. Pauet ne iudiciū  
sequentis dānationis sit omē qđ pa-  
tit. & p̄cognitionē interrogat iudicem.  
quia de iustis suis meritis ambigit in-  
sione. Sed cū iustis uirt' ad oculos men-  
tas reducit. quasi consolatio a iudice  
respondet. quia nequaquā ad p̄den-  
dum p̄cutit. quē in actionis inno-  
centia feriendo custodit. Bene itaq;  
nunc dicit. Indica mihi cur me ita iudices.  
Ac si apte dicitur: Quia flagellando me  
iudicas. ostende qđ ad iudiciū p̄  
flagella securum reddas. Qđ tam  
intellegi & aliter potest. Nam ple-  
rumq; uir iustus flagella ad p̄bati-  
onem p̄cipit. & uitā suam subtilis-  
sima inquisitione discutens. quā-  
uis se peccatōrē & sentiat & fateat.  
p̄qua tam specialiter culpa p̄cutit.  
minime cognoscit. atq; eo magis in  
p̄cussione trepidat. quo causā suā  
p̄cussionis ignorat. Petat ut semet  
ipsum sibi iudex & iniuste quēpiā  
nullomodo affligit. & magno me-  
tu conturbat. quia & dolere in uerbe-  
re. & deprehendere in se p̄fecte non  
ualere qđ deplorare. Vnde adhuc sub-  
dit. Nūquid bonū tibi uidet' sicalū  
merit. & opprimas pauperem. opus  
manuum tuarū. & consilium impi-  
orū adiuues. Hoc nimirū sic p̄in-  
rogationē dicit. ut neget'. Ac si apte

¶ iudice. quare  
nisi qđ ille ani-  
aduertendo p̄-  
cutit. hoc in se  
& ipse flendo cas-  
tigat. Scit nāq;  
qđ equissimus  
iudex

diceret. Tu qui summe bon' es. noui quia  
bonum non estimas. ut pauperem p̄  
calūniā p̄mas. Et scio ergo quia non  
est iniustū qđ patiat'. Et eo magis do-  
leo. quo causas iustitiae ignoro. Notan-  
dū uero qđ non ait. ut opprimas inno-  
centem. sed pauperem. Qui enī dis-  
trictioni iudicis nequaquā inno-  
centiam. sed paupertatem suam obiect. non  
iam de iusta audaciam arripit. sed quā  
se infirmū conspiciat ostendit. Ubi  
& congrue subiungit. Opus manuum  
tuarū. Ac si apte dicit. Impie oppri-  
mere non potes. quē te fecisse gra-  
tuitu recordaris. Bene autē subditur.  
Et consilium impiorū adiuues. Quos  
nāq; hoc loco impros. nisi malignos  
sp̄s uocat. Qui cū redire ipsi ad uitā  
nequeunt. crudelit' socios ad mortē  
querunt. Quorū nimirū consiliū  
fuit. ut beatū iob diuina correptio  
tangeret. Et qui in tranquillitate  
iustus existerat. saltem p̄ flagella  
peccaret. Sed impiorū consilium  
dñs non adiuuat. quia eorū tēpta-  
tionib' carnem iusti p̄didit. animā  
negauit. Hoc in desinentē contra  
bonos consilium maligni sp̄s intrant.  
ut hi quos seruire dō innocue in-  
tranquillitate conspiciunt. t' uexati  
aduersitatibus ad uoraginem culpe  
rapiant'. Sed eorū consilii acumen  
destruitur. quia pius conditor cū



Paul

uiribus flagella moderat. ne uirtu  
 tem pena transeat. & pastutiam for  
 tum humana infirmitas excedat. Un  
 de bene & ppaulum dr. Fidelis aut  
 ds qui non patietur uos tēptari supra  
 quā potestis. sed faciet cum tēptatione  
 etiam puentum ut possitis sustanere;  
 H si enim misericors ds cum uiribus  
 tēptamenta modifia. nullus pfecto  
 est qui malignorū spiritū insidias  
 non corruens portet. Quia si mensu  
 ram iudex tēptationibus non pbe.  
 eo ipso ptanus stante deiet. q̄ ultra  
 uires onera inponit. Sic aut beat  
 iob negando requisituit ista que p  
 tulit. sicut & requirendo negat ea  
 que ilico subiungit dicens. Hū quid  
 oculi carnei tibi sunt. aut sicut ui  
 d& homo & tu uidebis. Nūquid sicut  
 dies hominis dies tui. aut anni tui  
 sicut humana sunt tempora. ut  
 querat iniquitatē meā. & peccatū  
 meū seruteris. et scias quia nihil  
 impium fecerū. Oculi carnei facta  
 tēporū n̄ nisi intēpore agnoscunt.  
 quia & ipsi ad uidentum cum tēpo  
 re pdeunt. cū tēpore claudunt.  
 Et humanus uisus q̄lib& opus sequit̄  
 non precurrit. quia uix existētia  
 aspiciit. uentura nullomodo agnos  
 cit. Dies quoq; & anni hominis. adi  
 ebus & annis discrepant eternita  
 tis. Quia uita nra que tēpore in

capit. tēpore finit. dū intra sinus sui  
 latitudinē format. eternitas deuorat.  
 Cuius nimirū inmensitas quia ultra  
 ultraq; sup nos tendit. sine inchoati  
 one & termino eius etnū eē dilatat.  
 etq; nec transacta ptercunt. nec ad  
 huc uentura quasi que non appare  
 ant desunt. quia is qui sepe eē habet.  
 cuncta sibi p̄sentia conspiciit. Cūq;  
 aspiciendo post & ante n̄ tendit. nul  
 la intutū mutatione uariat. Dicit  
 ergo. Nūquid oculi carnei tibi sunt.  
 aut sicut uid& homo & tu uidebis.  
 Hū quid sicut dies hominis dies tui.  
 aut anni tui sicut humana sunt  
 tēpora. ut querat iniquitatē meam.  
 & peccatū meum seruteris. & scias  
 quia nihil impiū fecerim. Ac si hu  
 milit̄ requirens diceret. Cur me  
 intēpore pflagella examinas. que  
 apud te pfecte & ante tēpora scisti.  
 Cur culpas meas interrogas uerberi  
 bus. que p̄tinitatis tue potentia.  
 nec prius quā conderes ignoras.  
 cuius nimirū potentie mox pon  
 dus exprimit. cum sub iungit. Cū  
 sit nemo qui de manu tua possit  
 erūere. Ac si apte dicat. Quid tibi  
 restat nisi parcere. cuius uirtuti  
 nullus ual& obuiare. quo enī ne  
 mo ē. qui anī aduersionem tuam  
 ex merito sup uirtutis retineat.  
 eo alē facilius tua pietas exigit ut



pareat. Quia autē nos in delicto con-  
cepti. in iniquitatibus editi. aut no-  
xie praua perpetramus. aut incaute  
etiam recta agendo delinquimus.  
districtus iudex unde nobis fiat pla-  
cabilis non habemus. Sed cum nostrum opus  
eius obtutibus dignum exhibere non  
possumus. restat ut ad placationem illi-  
us suum ei opus offeramus. Unde et sub-  
dit. Manus tue plasmauerunt me.  
& fecerunt me totum in circuitu.  
& sic repente precipitas me. Ac si hu-  
militer dicat. Quia sub iusto exa-  
mine dignum non est tue placatio-  
ni quod feci. pensa misericorditer ne  
pereat quod fecisti. Quibus etiam uer-  
bis puer sum manichei dogma de-  
struit. qui duo esse principia men-  
tiens. ad deum spiritum. a satana uero carnem  
conditam asserere conatur. Sed & enim  
uir prophetici gratia spiritus plenus. longe  
post uentura considerat. et errorum  
genuina prudens calcat dicens.  
Manus tue plasmauerunt me. & fece-  
runt me totum in circuitu. Qui enim  
& plasmatum se & factum totum in cir-  
citu ad deum asserit. tenebrarum gen-  
ta nec in spiritu suo aliquid nec in carne  
derelinquit. Hanc plasmatum se propter  
internam imaginem retulit. factum  
uero totum in circuitu in eo quod  
ex carnis constat indumento memo-  
rauit. Notandum uero est. quia hoc

quod se plasmatum dei manibus asserit. mi-  
sericordie iudicis dignitatem suam con-  
ditionis opponit. Quamuis enim pro  
eternum patri uerbum cuncta creata  
sint. in ipsa tamen relatione creationis  
ostendit. quantum cunctis animalibus  
quantum rebus uel celestibus. sed tamen in-  
sensibilibus homo preferatur. Cuncta quip-  
pe dixit & facta sunt. Cum uero face-  
re hominem decreuit. hoc quod reuerentem  
pensandum est. permittit dicens. facia-  
mus hominem ad imaginem & similitudi-  
